

DE COMPONENTIS CYFRIS

Viro Clarissimo
Leone Baptista Alberti
Florentino
Auctore

SIGLA

Ar	Archivio di Stato Venezia CCX VI 1
Fe	Ferraioli Ms. 360-1
Pa	Parisinus Latinus 8754
z	Ar, Fe, Pa consentiunt
Va	Vaticanus Latinus 5118
R ¹	Riccardianus 767
Vp	Varia Politica LXXX
x	R ¹ , Vp consentiunt
Mg	Magliabechianus II IV 39
R ²	Riccardianus 927
Co	Miscellanea Correr 47 2130
Ch	Chigi M II 49
La	Vaticanus Latinus 6532
Lt	Vaticanus Latinus 5357
Mr	Marcianus 4702
y	Ch, La, Lt, Mr, Mg, R ² , Co consentiunt
y ²	Ch, La, Lt, Mr consentiunt
y*, y2*	hic La, Mr tacent
Ba	Bartoli
Me	Meister
<i>codd.</i>	codices, ceteri codices consentiunt
<i>add.</i>	additum, adiecit
<i>err.</i>	error, erratum
<i>om.</i>	omisit
<i>lac.</i>	lacuna
<i>corr.</i>	ita correxit, emendavit
<i>marg.</i>	in margine, marginale
<i>a. m.</i>	alia manus
<i>e. m.</i>	eadem manus
<i>1^a m.</i>	prima manus
<i>2^a m.</i>	secunda manus
<i>tit.</i>	titulus

Codicum sigla, quibus alii editores usi sunt, plerumque servavi; discevi autem *codd.* Mr et Ar, quoniam eos Mancini et Meister eodem nomine (Venetus-Venetianer) appellaverunt.

I

(Ba 200) Ii qui maximis rebus agendis
praesunt in dies experiuntur quanti sit
habere aliquem fidissimum cui secretiora
5 instituta et consilia ita communicent, ut
ex ea re sibi nunquam paenitendum sit.
Id quia non facile ob communem
hominum perfidiam datur ut possint, ex
sententia inventae sunt scribendi rationes
10 quas cyfras nuncupant, commentum
quidem non inutile, ni contra essent qui,
suis artibus et ingenio, talia
interpretarentur atque explicarent. Atque
hos ego quidem esse non inficior valde
15 utiles principibus quando per eos aliorum
machinationes et coepta discantur. Sed
(ni fallor) longe utilius est, sua cui velit
absenti posse instituta explicare, ita ut ea
praeter ipsum hunc alius mortalium nemo
20 uspiam valeat recognoscere.
Ex hoc opusculo nostro utrumque
perficitur. Nam hinc aperitur dirigiturque
via ad aliorum occulta indaganda, et

I

2 Ii: Ii *om.* La; Is Mg; Hi Ar Va Ch x;
Ii *deleto* Is R²
3 in dies experiuntur: iudices
experiantur x;
iudices *adnotavit in marg.* Ar
4 aliquem: aliquid Lt
10 cyfras: cifras (*ubicumque*) y
11 quidem non: non quidem R¹ .
ni contra essent: ne qui essent La;
ni que essent Ch Mr; ni qui Lt
13 interpretarentur: interpretentur Va x;
interpetrarentur La Mr;
interpretaerentur Ch R² .
explicarent: explicent x Va
14 hos: has La .
esse non inficior valde: inferior La;
non inficior valde esse utiles y
15 quando: quoniam Fe x;
quin Mg Mr R² .
eos: eas La
17 est, sua: est sui x Va .
velit: vellint Mg; velint R²
19 ipsum hunc: hunc ipsum y
22 hinc: hic Lt

3 Ad te: Ad te *usque* interpretarer
 (5.30) *expunxit* Ch
 4 et: ac Vp
 5 suasit: suasere Va Lt Mg Mr R² Co z;
 sua sit R¹ ·
 Tum et: tum etiam La ·
 facerem: conficerem Ar
 6 indixere: inducere x

II

10 Dathum: *ita corr. a. m. ex* Rathum La
 11 et: ex z
 16 per haec: per haec *usque*
exscriptam locum turbatum om. R¹
 18 CCTa: ducenta La Vp
 20 redderentur: redderent Mg
 22 reddit: reddit *usque* faciant
lacunam restituit a. m. R¹; reddat x
 23 Hinc: Hic Lt
 25 Dathus: datus Mg R² ·
 eos qui fictis: fictis *om.* Co
 26 inusitatissimorum: inusitatorum R¹
 27 litteras: litera Mg ·
 tantum: tamen R¹
 30 compertum: apertum Vp
 32 qui semper: semper *om.* La
 34 sectatus es: sectatus sis Lt Mg Mr
 R² Co z Va
 35 appellem: appellemus y (*tacet* Ch)
 37 huic: *ita corr. a. m. delete* huius La
 38 nunquam: unquam La x ·
 posses: posset x
 39 subridens: surridens z
 40 – Quod – inquam: per – inquam R¹;
 quin tu – inquam – cum La
 41 fortassis est ut olim: *om.* La
 43 ad principis: Pontificis Mg R²;
 S. Santità Ba

praeterea subinde praebetur modus ad
 tua, uti videbis, penitus occultanda.
 Ad te hos commentarios ut mitterem
 temporum et rerum presentium ratio
 suasit. Tum et id ut facerem amici
 prudentes tibi que deditissimi indixere.
 Si placuerit opus laetabor. 5

II

Cum essem apud Dathum in hortis
 pontificis maximis ad Vaticanum et nostro
 pro more inter nos sermones haberentur
 de rebus quae ad studia litterarum
 pertinerent, incidit ut vehementer
 probarem Germanum inventorem qui
 per haec tempora pressionibus
 quibusdam characterum efficeret ut
 diebus centum plus CCTa volumina
 librorum opera hominum non plus trium
 exscripta redderentur dato ab exemplari. 10
 Unica enim pressione integram
 exscriptam reddit paginam maioris
 chartae. Hinc cum itidem aliquorum
 ingenia circa res varias laudarem,
 vehementer admirari Dathus visus est eos
 qui fictis characterum inusitatissimorum
 significationibus litteras tantum ex
 composito consciis notas, quas cyfras
 nuncupant, suis scrutandi artibus
 compertum quid narrent, faciant atque
 explicent. Meque intuens: 15
 – Tu vero, – inquit Dathus, – qui semper
 istas reconditas artes abditasque natura
 sectatus es, quanti hos, ut eos sic
 appellem, coniectores cyfrarum
 secretorumque explicatores facies? 20
 (*Ba 201*) Num tu huic rei animum
 nunquam intendisti talia ut posses?
 Ego vero subridens:
 – Quod – inquam – ab epistolis pontificis
 primarius sis, fortassis est ut olim isto
 litterarum genere obscurissimo tibi
 utendum in rebus quae ad principis 25

statum pertineant occultissimasque haberi oporteat statuas?
 – Est istuc quidem – inquit Dathus – et fortassis eo fit ut cupiam, quod ad
 5 officium cui praesum pertineat, isthaec posse per me alieno adhibito nullo interprete. Nam interdum ab exploratoribus intercepta deferuntur ad nos artibus scripta istius modi, quae
 10 nequaquam negligenda putemus; et peto a te siquid habes excogitati hanc ad rem, ut communices.
 Pollicitus idcirco sum me pro ingenii viribus daturum operam, ut id a me
 15 frustra non postularit. Itaque effeci, cumque sum visus ipse mihi magna ex parte satisfacisse indagando et pensitando, quae ad coeptam provinciam facerent, ea his commentariis mandavi,
 20 quo et Datho commodius obsequerer et studiosis rerum mearum aliquid, ut in dies soleo, darem novi, quod cum caeteris meis lucubrationibus adnumerarent. Repetam qua via progressus sum. Nam id non ab re
 25 futurum arbitror.

III

Ista quidem ut commodius pervestigarem, coepi mecum ipse disquirere, quidnam per
 30 se natura sui cyfram esse interpretarer. Atqui sic incidit in mentem ut ponerem cyfram esse rationem quandam scribendi notis ad arbitrium significantibus id quod inter se scribentes constituissent, ne ab
 35 aliis intelligerentur. Id si ita est, duo constituisse oportuit. Unum horum fuit, ut esset apud quosque inter se mutuo scribentes constans et certum quidpiam, quo fieret ut alterum alter ex ea scriptione
 40 satis intelligeret, quid moneret, quid peteret, narraretve et eiusmodi. Secundum fuit, ut scriptione uterentur non solum nova et invisae sed etiam

1 occultissimasque: quaeque occultae La
 2 oporteat: oportet Mr
 4 cupiam: cuipiam Mg x; capiam La
 5 officium cui praesum: officium meum La
 7 interprete: interprete intelligere y (*tacet* Ch)
 8 deferuntur: deferantur R¹
 9 istius modi: huiusmodi La
 10 nequaquam: nequidquam Fe; nequicquam Pa; nequicquam *deleto* nequaquam Ar
 11 ut: ut *tantum* La Mr
 13 idcirco sum: iccirco sum Mg Mr R² Co Va z; sum *om.* x
 14 a: ad Mg
 15 postularit: postulaverit Mr Lt
 16 cumque: quumque Vp z Va . ipse: ipsi y (*tacet* Ch)
 19 his: iis La; hiis Mg
 20 quo: quo *corr. ex* quae La
 21 mearum: nostrarum Vp
 23 adnumerarent: annumerarent Lt Mg Mr R² Co (*tacet* Ch) . Repetam qua via: via *om.* R¹
 24 non ab re: ab re non Lt

III

29 disquirere: disquerere Mg; cogitare La . per: pro Mg; prae R¹; pre Vp
 30 interpretarer: interpretatores La . DIFFINITIO CYFRAE *in marg.* Fe Pa
 31 Atqui: Atqui sic incidit *usque* quandam *expunxit* Ch *qui maluit* In primis quid sit cifra nobis explicandum est. Cifra est ratio quaedam
 32 cyfram: cyfram *usque* mutuo scribentes *locum turbatum om.* R¹
 35 intelligerentur: intelligeretur Ch
 36 oportuit: oportet La
 38 constans: constans *usque* nimirum *a. m. restituit* R¹ . quidpiam: quippiam Ch Mg Mr R² Co z
 39 alterum alter: alter alterum y . ex ea: ex illa La
 41 eiusmodi: huiusmodi La
 42 ut scriptione: ne in scriptione La
 43 invisae: non visae y

1 investigatoribus: *om.* La;
 investigationibus Co Va z x
 2 inscrutabili: inscrutabili forma
 scribendi La .
 quodque: unum quodque y
 4 perspexi: bene perspexeris Co;
 perspexeris La
 5 scriptitandis: scriptandis La .
 libris: litteris x; liberis Ar; libri Ba
 8 scribendi: scribendum La
 11 studio enim: enim *om.* La
 12 iterum atque iterum: atque iterum
om. Co
 13 litterarum elementis et vi:
 litterarum usum et via Ch;
 literarum elementis usus sum et vi
 La Lt Mg Mr R² Co
 14 quoad: quod Ar Pa
 15 feci valde: fore valde Ch
 16 adeo ut hinc: hinc *om.* La .
 apta ingenia: ingegni mediocri Ba
 17 cyfrarum: cyfram R¹
 18prehendam:prehendenda Mg;
 praebendam La
 21 quidem etsi: quidem etenim R¹
 23 adversiones: animadversiones Ch
 29 percommodos, quos:
 percommodos, quas x z Va
 31 producam a nobis: producam in
 medium à nobis y
 33 congratulabere: atque congratulabere
 arbitror Ch La Mr R² Co;
 atque congratulare arbitror Mg
 34 aggrediar: agrediar Ar

IV

37 Consideranti: Cogitanti y
 40 syllabis: syllabas Fe; in syllabas Pa;
 syllabis Mg
 41 scribendi usum natura: scribendum
 usum nam La;
 scribendum usum Ch Lt Mr Pa

promptis investigatoribus et acutis
 coniectorebus inscrutabili; quodque
 horum nimirum, si totam rem satis
 perspexi, ex eo pendet usu litterarum
 et ratione, qua passim scriptitandis libris
 utimur. Quae res cum ita sit, in primis
 considerasse oportuit, qui sese litterae
 ipsae ad scribendi opus haberent et
 quibus principiis scriptura constaret atque
 perficeretur.

Itaque feci, studio enim et diligentia non
 mediocri, iterum atque iterum
 considerandis litterarum elementis et vi
 institi, quoad principia non nulla et
 notationes compertas feci valde
 commodas, adeo ut hinc apta ingenia
 maiorem in modum ad totam cyfrarum
 cognitionemprehendam iuvari se
 minime inficientur.

De his igitur annotationibus prius. Quae
 quidem etsi ad cyfras aliorum explicandas
 praecipue pertinere videantur, praebent
 tamen adversiones plerasque, (*Ba 202*)
 unde monitus ipse tuas compares cyfras
 scrutatoribus obscuriores atque
 impeditiores. Proxime subiungam modos
 varios partim usitatos partim non usque
 usitatos cyfrarum componendarum sane
 utiles et percommodos, quos plerique
 peritiores vehementer probent. Postremo
 producam a nobis inventam cyfram quam
 cum intellexeris admirabere,
 congratulabere. Institutum igitur
 aggrediar.

IV

Consideranti mihi notissimum illud
 occurrit quae loquamur, quae scribantur
 omnia constare dictionibus, dictiones
 ipsas resolvere syllabis, syllabas haberi
 litteris. Litteras igitur quales ad scribendi
 usum natura sui habeant se et quid inter se
 differant advertendum censui. Possem

uti prolixioribus, sed ut rem quam brevius
 fieri potest et expeditius transigam,
 syllabas effecit ordo et numerus litterarum
 varias, quoad integrae dictiones inde
 5 aliud atque aliud sonent et significant.
 De numero prius deque iis quae ex numeri
 rationibus pendeant.
 Hunc locum sibi praecipue vendicant
 vocales. A vocalibus igitur ordiemur.
 10 Etenim in syllaba unica erit tantum vocalis
 aut vocali altera erit adiuncta consonans
 aut demum plures cum vocali
 coniungentur consonantes. Ubi vocalis
 non sit, nulla dabitur syllaba. Ex quo fit
 15 ut, si apud poetam aut rhetorem paginam
 fortassis unam aut alteram desumpseris
 atque ex versibus seorsum hic vocales,
 isthic consonantes per se singulas
 ordinibus adnumeraris, procul dubio
 20 invenies vocales adesse perquam
 numerosas.
 Sic enim adnotasse videor apud poetas
 vocales a consonantibus numero superari
 non amplius quam ex octava; apud
 25 rhetores vero non excedere consonantes
 ferme ex proportione quam sesquiterciam
 nuncupant. Nam si fuerint quidem
 connumeratae in unumque collectae
 omnes istius generis paginae vocales
 30 numero puta tricentarum, reliquarum
 omnium consonantium numerus una
 coadiunctus erit fere quadringentarum.
 Et adverti inter vocales per se O litteram
 non eam quidem consonantibus sed
 35 vocalibus caeteris haberi scriptionibus
 infrequentiore.
 Proxime ad hanc raritatem accedit vocalis
 A; U quoque litteram quae vocalis sit
 rariusculam inveniri, tamen paulo hanc
 40 reddit numerosiorem V littera consonans
 quam alibi, cum de litteris atque caeteris
 principiis grammaticae tractaremus, quod
 medium quidpiam inter B atque V sonet,

1 ut rem quam brevius fieri potest et
 expeditius: ut rem brevissime x z Va;
 con piu breuità Ba
 2 transigam: attingam La
 3 numerus: numeris x; numero Co
 4 inde aliud: inda aliud Ch Mr
 5 et significant: atque significant La
 6 De numero: DE NUMERO VOCALIU
habet in marg. Pa ·
 deque iis: his Ch Mr Lt Va x;
 deque his quae ex numeri
 rationibus *iteravit* Ch
 7 pendeant: pendent dicendum est La
 8 praecipue: praecipue *in marg.* Mr ·
 vendicant: assumunt y;
 si usurparono e presono Ba
 10 erit tantum: tantum erit y z
 13 coniungentur: iungentur y
 18 isthic: istic Ch Ar Va
 20 vocales adesse: adesse *om.* Co;
 esse Ch La Lt Mr Mg R² ·
 perquam numerosas: molto manco
 di numero Ba
 22 Sic enim adnotasse: si adnotasse La ·
 poetas: ipsos poetas y
 25 rhetores: Rethores R²; retores Ch
 26 sesquiterciam: sexquiterciam Ch x z Va;
 sesquiterciam *deleto* sexquiterciam Lt ·
 Proportio sexquitercia est inter 4
 atque tres, quia continet ternarium
 et tertiam partem ternarii,
 sexquialtera autem 2 ad 3 quia
 continet binarium et dimidium
 binarii partem, dupla autem 6 ad 12.
glossam in marg. apposuit e. m. Ar
 27 nuncupant: vocant La
 28 connumeratae: communicatae
 x z Va ·
 collectae: collatae R¹
 29 istius generis: generis *solum* z ·
 paginae vocales: vocales *om.* x
 31 consonantium numerus: numerum Va
 32 coadiunctus: coadiunctis Lt
 35 scriptionibus: scriptoribus x;
 scriptoribus *in marg.* Ar
 37 raritatem: raritatem *om.* Ch Co;
add. in marg. Mg R²; claritatem R¹;
 raritate z Lt Va ·
 accedit: eccedit Ch ·
 vocalis: *om.* Lt
 38 quoque litteram: litteram quoque R¹
 39 hanc reddit numerosiorem:
 numerosiorem reddit hanc Mg R²
 40 V littera: N littera x Fe Pa Va;
V deleta N Ar
 41 quam alibi: quam alibi *usque*
 censerent sic *expunxit* Ch ·
 cum: quum z Va
 43 quidpiam: quippiam y (Ch *tacet*) z ·
 sonet, sic: sonet, si Fe Pa Va x

1 V quasi v : v quasi b Mr Co Va;
 v quasi B Pa La Mg R¹ R² Ba;
 v quasi B Vp; v quasi B Fe;
 v quasi v Ar
 3 fuere: *corr. a. m. ex fuisse* La
 4 scribendum: scribendam Lt ·
 censerent: putarent y
 6 in primis: imprimis La Vp Va ·
 frequentissimam: frequentissimas x
 7 Itaque: Itaque *usque* adverti om. Co
 8 isthaec adverti: hae adverti Lt
 9 Venio ad vocalium ordinem: *tit. DE*
 ORDINE VOCALIIUM Ar Pa
 10 ordines: ordine R¹;
 ordinem Fe Vp Va ·
 animadverti: adverti R¹ y
 13 interstituta: interposita La
 14 De vocalibus prius: prius om. Ch
 17 assequi: subsequi *adnotavit in*
 marg. Ar; sequi La Lt
 18 etiam: etiam litteram Ch
 19 Latina: Latina *corr. ex Latinam* La Ar;
 Latinam Fe Pa Va
 20 censuere: consueuere Va
 21 poetas: poetae Vp
 22 uterentur: invenirentur La
 24 et eam: et ea y; et cum Ar
 25 consonantem [ut]: [ut] *explevi* ·
 consonantem “ovem”:
 consonantem omnem y;
 come quando i Latini dico, Ouis
complevit Ba
 28 vidisse: me vidisse La
 29 sequitur eadem ipsa E: sequitur
 eadem ipsa E om. y²; E om. Co
 32 consequuntur: sequitur x;
 consequuntur z Va; consequuntur Lt
 34 adgeminentur: aggeminentur
 Ch Mg Mr R² Co; aggeminentur La
 35 “suus”: suis Ch
 40 et mediae et ultimae: et ultimae et
 mediae x Va
 41 inveniuntur: inveniuntur Ch

sic V quasi v hasta inflexa scribendam
 suadebam, atque hanc quidem ipsam
 fuere apud veteres qui F inversam
 scribendum censerent sic f . Caeterum
 inter vocales ipsas adverti E litteram atque 5
 in primis I frequentissimam apud Latinos
 inveniri. Itaque circa vocalium numerum
 isthaec adverti.
 Venio ad vocalium ordinem. Circa earum
 ordines ista animadverti. Nam aut 10
 vocalem vocalis (nulla interiecta
 consonante) (*Ba 203*) sequitur aut
 consonans vocalibus interstituta
 subsequitur. De vocalibus prius. Etenim
 sic videor comperisse post litteram A 15
 solere non rarissime eadem in dictione
 assequi litteram U et aliquando sequi
 etiam O aut ob diphthongos sequi et E;
 demum I vocalem Latina in lingua
 frequentius ponere post A non censuere 20
 quamvis apud veteres poetas “musai”,
 “animai” et huiusmodi uterentur. Tum et
 post vocalem O fortassis alicubi invenies
 vocalem I aut etiam U; sed et raro id et
 eam quidem frequentius consonantem 25
 [ut] “ovem”, atque post litteram ipsam O
 frequens sequitur E. Verum apud Latinos
 non memini vidisse A positam post O.
 Caeterum post vocalem E sequitur eadem 30
 ipsa E atque pariter singulae omnes
 reliquae vocales aptae post eandem
 vocalem E consequuntur. Quod ipsum
 itidem evenit vocali U atque itidem vocali
 I ut et ipsae adgeminentur
 consecutionibus uti “suus”. Easque 35
 passim caeterae omnes vocales
 consequuntur.
 Circa ordinem vocalium etiam
 consideranda haec sunt. Nam earum
 quaevis in dictionibus et primae et mediae 40
 et ultimae inveniuntur ut “aura”, quod
 ipsum in consonantibus non aequae
 est. Postremo ne hoc quidem

praetereatur, cuius omnium
consonantium vocalis quaevis adiungetur
atque item contra vocalibus consonantes
adiungentur et consequentur, non tamen
5 pariter omnes, ut videbis.

V

Atqui de vocalibus hactenus. Nunc de
consonantibus dicendum sequitur, et
10 prius de numero, post de ordine
transigemus.
Advertisse videor G scribendi usu venire
omnino rarissimam, tum etiam litteram F,
atque etiam B inter rariores collocandas
15 statuo, proxime autem ad has veniunt
litterae C, L, Q atque K. Contra autem
frequentissimam consonantium invenio S,
T et R, prope ut numero sui vocalem O
superent et a vocali A non valde
20 superentur. Proxime ad hasce tres videre
videor frequentes M atque N. Venio ad
ordines consonantium in dictionibus.
Ordo consonantium adnotatur aut ex
adiunctione aut ex consecutione. Inter
25 adiunctionem et consecutionem hoc
interest. Nam adiunctio dicitur cum ex
consonante una pluribusve adiuncta
vocali integra fiat syllaba ut “stat”.
Consecutio autem est cum littera, seu
30 vocalis illa quidem sit seu consonans,
ab antecedenti disiungitur, ex qua
disiunctione fit ut earum quaeque suae
per se deserviant syllabae ut
“ar-ma”, “cor-pus”. Ergo de adiunctione
35 prius consonantium, postea de
consecutione transigetur.

VI

Consonantes vocali ad syllabam
40 constituendam adiungentur variae.
Nam cum in data syllaba vocalem adesse
aliquam oporteat, fit ut in syllaba ipsa
alibi una tantum constet vocali littera ut

1 cuius: cuius Co Fe Pa x Va;
cuiusvis Mg;
cuius *corr. ex* cuiusvis La;
cuius *corr. ex* cuius Ar
3 atque item contra vocalibus: item
quaeque vocalibus Ch;
item que vocalibus La Mr;
vocalibus contra Vp ·
item contra: contra *om.* R¹ Lt
4 consequentur: consequenter La Vp

V

9 dicendum: dicendum est ne
pertractando La
10 post: postea Ch ·
de ordine transigemus:
transigemus *om.* Ch
12 Advertisse: *tit.* DE CONSONANTIBUS Ch;
tit. DE CONSONANTIUM NUMERO z;
De consonantibus advertisse Ch
13 rarissimam: rarissimum y z
14 collocandas: collocandam x
16 litterae C, L, Q atque K: litterae C
et L atque etiam Q y;
litterae C litteram K atque etiam Q
atque etiam B x;
litterae c littera l atque etiam q
atque etiam b Va z;
le lettere, C, L, & il Q, ancora &
il K Ba
17 invenio: invenies y
20 superentur: superetur z Va
21 Venio ad ordines consonantium in
dictionibus: *tit.* DE CONSONANTIUM
ORDINE Ar Pa
24 adiunctione: adiunctive Ch
28 syllaba ut: ut *om.* x z
29 Consecutio: Consecutio Ar Ch R¹;
Consecutio Vp ·
cum littera: U littera x z Va
33 deserviant: *solum* R¹ Lt;
deserviet Ch; deserviat Va;
deserviat *codd.*
34 “ar-ma”, “cor-pus”: corpus et
similia Ch;
Arma, & corpus; che la r, della
Arma se ne uà con la prima A; &
la m, con l’ultima A; & la r, del
cor, se ne uà con lo o, & il p, se
ne uà con lo u *explicationem*
praebuit Ba

VI

39 syllabam constituendam:
constituendam syllabam Lt
41 adesse aliquam: aliquam adesse Lt

1 "a-er": aer *codd.*; àer Lt;
 arx *maluerunt* x Ba
 2 adiungatur: adiungetur x z Va
 6 antecedent plusquam una:
 antecedens plusque una Vp;
 antecedent plusquam unam Ch;
 antecedens plusquam una R¹
 9 ac: aut Ch
 11 dabuntur quidem: quidem *om.* Ch
 14 sed: sed *usque* "stans" *om.* y²
 19 nunquam plus: non plus y ·
 ubicumque: uticumque Ch Fe Va;
 uticumque La Mg Mr R² Co Ar Pa
 23 aut etiam D forte: etiam *om.* y²;
 etiam D aut (aut *interscriptum*) Ar
 24 "adstrictus", "subscriptus":
 substrictus, adstrictus *mutato*
ordine verborum Ch;
 adstrictus, substrictus La;
 adistrictus, subscriptus Va;
 a[,]strictus, subscriptus R¹;
 a[,]strictus, substrictus Mg Mr R² Co;
 adscriptus, substrictus Lt;
 Adstractus, Subscriptus Ba
 25 "transtra": transta R¹
 26 aptissime: apte y
 27 subiungitur: subiungetur y z Va
 28 quod eam: quod tam x;
 quoniam eam Ch
 30 consuetudinem: consuetudine R¹
 31 sustulit: abstulit x; substulit z
 32 fortassis: forte y
 34 exscribendis: scribendis y ·
 "kelym": kelim Ch Vp Va Ba;
 Keljm R¹ ·
 "Kalendas": klendas Ch
 35 eiusmodi: huiusmodi Ch
 37 instituerint: instituerim x ·
 non satis: non satis *usque* litterae Q
om. Pa
 39 ipsum U, ut cappa KU sonet: ut
 cappa sonet Lt Mg Mr R² Co Va z;
 U ut K sunt Ch; u ut cappa La;
 ut cappa (K *supra lineam*) sonet x
 40 non eadem littera: littera *om.* Co
 42 "causamque": caussamque Ch

"a-er", alibi (*Ba 204*) ad vocalem
 adiungatur consonans non plus una, et
 ista quidem aut praecedet ipsam vocalem
 aut post sequetur. Alibi consonans et post
 vocalem et ante vocalem adiuncta aderit, 5
 alibi vocalem consonantes antecedent
 plusquam una; alibi vocalis ipsa
 consonantes praecedet plures; alibi media
 erit vocalis inter plures priores se ac
 plures posteriores consonantes. 10
 Sed ne ista alibi repetantur, dabuntur
 quidem syllabae in quibus ante vocalem
 adiungentur consonantes usque tres ut
 "scribo", sed post vocalem nusquam
 adiungentur plusquam solum duae ut 15
 "stans".
 Et hoc etiam faciat ad rem: inter duas
 vocales cuiusvis dictionis Latinae
 nunquam plus quattuor, ubicumque illae
 quidem positae intersint, consonantes 20
 inuenies, earumque istarum quattuor
 prima post vocalem nusquam ferme alia
 reperitur quam B littera aut etiam D
 forte N ut "adstrictus", "subscriptus",
 "transtra". Singulari cuius consonantium 25
 vocalis quaecumque aptissime
 subiungitur praeterquam ad litteram Q.
 Id quidem ea re, quod eam semper
 complexa sequatur U. In qua re
 consuetudinem scribentium admiror, quae 30
 K Graecam litteram ex usu sustulit, qua
 littera fortassis vel in plerisque indigemus
 veluti in Graecorum dictionibus
 exscribendis ut "kelym" et "Kalendas"
 et eiusmodi. 35
 Alia vero ex parte cum litteram U
 addendam instituerint ad Q, non satis
 meminisse visi sunt, huic litterae Q
 innatum esse ipsum U, ut cappa KU
 sonet. Equidem sic iudico non eadem 40
 littera "cespitem", "Ciceronem" qua
 "consulem", "curiam", "causamque"
 scribendum et eiusmodi. Sed de his alibi.

- Caeterum etiam X praeterquam in Graecis raro vocalibus praeadiungetur, et Z quoque litteram, quamvis aliquando forte in Latinis ad primas vocales
- 5 praeadiunctam videamus, id tamen erit non frequentissime. Qualiter singulae consonantes primis in syllabis dictionum ante vocalem praeadiungantur hactenus. Nunc vero qui post litteram ipsam
- 10 vocalem primis itidem in syllabis unica se habeat subadiuncta consonans investigemus. Sic advertisse videor post litteras vocales reliquas passim ferme omnes dari subadiunctas consonantes ipsis
- 15 in primis syllabis dictionum praeter paucas. Namque I quidem consonans atque V consonans atque etiam Q nulla in syllaba dictionis post vocalem adiungetur.
- 20 Littera etiam T, alioquin fortassis non frequentissima subadiungetur. Tum etiam litteram X raro nisi post vocalem E in Latinis subadiunctam invenies; et littera item G vocalibus subiungi recusat, nisi ubi
- 25 M aut N post eandem G consequetur. Aliae vero consonantes, (uti dixi) post vocalem in primis syllabis libere absque certo comite subsequenti adiungentur. Sed inter eas omnes litteras consonantes C, F
- 30 atque P littera ferme non nisi ubi adgeminabuntur post vocalem subadiungentur. De adiunctione consonantis unius post vocalem in primis syllabis hactenus. Nunc
- 35 de simili unius adiunctione post ultimam vocalem dicendum. (*Ba 205*) Unius igitur tantum consonantis adiunctiones post vocalem ultimam dictionis habebuntur aliae in monosyllabis dictionibus, aliae in
- 40 dictionibus plurium syllabarum. In ipsis quidem monosyllabis post vocalem passim caeteras reperies omnes consonantes subadiunctas exceptis his
- 2 raro: raris R¹ .
praeadiungetur: praeadiungeretur
x z Va
- 5 praeadiunctam videamus:
videamus *om.* x z Va;
invenies *coniecit* Me
- 8 praeadiungantur: praeadiungantur
corr. a. m. ex praeadiungentur La;
praeadiungatur Co
- 9 qui: quomodo Ch La
- 15 in primis: in primis *usque* paucas
om. Ch
- 17 Namque: Nam y z .
I: L x .
atque V consonans: atque u
consonans *add. in marg.* R²
- 18 in syllaba dictionis: dictionis *om.*
Co y2
- 19 adiungetur: subadiungetur y z
- 20 Littera etiam T: Tum etiam litteram
X raro nisi post vocalem E in Latinis
subadiunctam [adiunctam La;
subiunctam Ch] invenies. Littera
etiam T [etiam F Ch La], alioquin
[aliquando La] fortassis [fortasse
Ch] non frequentissima
[frequentissima La], omnibus
subadiungetur [adiungetur La;
subadiugnetur Ch]. Littera G
vocalibus subiungi recusat, nisi ubi
M aut N post eandem G consequetur
altera lectio y
- 23 subadiunctam: subiunctam x Va
- 26 Aliae vero: vero *om.* R¹ .
uti: ut Ar Pa Ch Co
- 28 subsequenti: subsequente x z Va .
Sed: Sed *usque* subadiungentur
om. y2
- 30 littera ferme *lacunam statuit* R¹
spatio interiecto
- 32 subadiungentur: subadiungetur x Va
- 34 in primis syllabis: primis in syllabis Lt
- 37 tantum: talem R¹
- 38 habebuntur: habentur La;
habebunt x
- 39 dictionibus, aliae in: dictionibus,
aliae in *om.* Ch Mr Mg R² Co;
dictionibus *om.* Lt
- 41 monosyllabis: monosyllabis
dictionibus Ch Lt Mg Mr R² Co .
vocalem: vocalem litteram y

1 F, G, P, Q, I atque V:
 F.G.P.Q.T ... V La;
 F G P Q ... V Pa
 2 plurisyllabis: pluris syllabis *corr. ex*
 pluribus syllabis La ·
 praeter *usque* plurisyllabis *om. y2*
 8 subadiunctas: subadiuncta x Va
 9 Z: autem .Z. Pa ·
 quid: quod x ·
 unum hoc: hoc unum La x

VII

14 quae cum: quae iam R¹
 17 nusquam in fine dictionis vel
 potius nusquam post vocalem
 subadiunctae: nusquam
 subadiunctae in fine dictionis vel
 potius nusquam post vocalem La
 19 reperientur: reperiuntur y2
 28 Litteram enim S in adiunctione:
 Litteram .N.S.M. adiunctione R¹;
 litteram n.s. in adiunctione Va Co
 30 L atque R: r atque l x
 31 istarum: mixtarum R¹
 32 adiunctiones: adiunctione x
 34 VII: ru Fe Pa Va Mg Mr R² Co Vp;
 ru *supra lineam corr.* VII Ar;
 Ru La R¹; sex Ch; sette Ba
 35 R: V Pa ·
 BR: BR *om.* Ch La;
 br *interscriptum* Mr
 37 in quibus autem: autem *om.* Lt
 38 sunt tres, videlicet: videlicet
tantum Ch
 42 saepius: superius x
 43 in principio dictionis: dictionis *om. z.*
 ponatur: ponantur Ch La R¹ ·
 numero sunt: numero *om.* Ch

F, G, P, Q, I atque V. In dictionibus
 autem plurisyllabis, praeter easdem quas
 recensui consonantes etiam non erit ut
 invenias subadiunctas B, C, D, fortassis
 etiam in Latinis L. Contra vero in ipsis
 plurisyllabis atque itidem in
 monosyllabis plerumque invenies
 subadiunctas M, N, R, S, T, X. De littera
 Z non habeo quid referam, praeter unum
 hoc, quod ea quidem apud Latinos
 ubique rarissima est. 5

VII

Venio ad consonantes quae cum binae
 tum etiam trinae adiunguntur. Istarum
 adiunctio varia est. Nam adiunctarum
 aliquae nusquam in fine dictionis vel
 potius nusquam post vocalem
 subadiunctae reperientur apud Latinos,
 aliquae nusquam in principio, nonnullae
 vero et mediae inter vocales et in
 principio et in fine dictionis adiunctae
 habebuntur. 15

Ex consonantibus quae praesertim
 principiis dictionum binatim
 praeadiungentur, semper earum altera aut
 erit S aut L aut R. Sed habent in quo
 differant. Litteram enim S in adiunctione
 nusquam nisi primam invenies; contra
 L atque R subadiunctarum secunda erit
 ordine, et duarum istarum consonantium
 adiunctiones quae nusquam aderunt in
 fine dictionis apud Latinos sunt numero
 XV, quarum sunt VII ubi postrema
 duarum est R et sunt: BR, CR, DR, FR,
 GR, PR, TR. Ubi vero sequitur L sunt
 quinque: BL, CL, FL, GL, PL; in quibus
 autem adiunctionibus praecedit S sunt
 tres, videlicet SC, SP, ST, addo etiam SQ.
 Tales igitur nusquam in fine reperiuntur.
 Contra vero earum duarum consonantium
 adiunctio quae saepius in fine, nusquam
 in principio dictionis ponatur, numero 25

sunt quinque: NC, NS, NT, NX, PS. Addo etiam LX atque RX ut “calx” et “arx”. Tusca lingua in principiis dictionum passim omnibus consonantibus praeponit

5 S praeterquam ad litteram X et duarum adiunctio consonantium una est quae in omni parte dictionis reperitur ST uti “stat”, “adest”, “restat”. Atqui de postremis istiusmodi consonantibus haec non

10 praeterisse faciet ad rem. Namque in fine quidem dictionis duarum consonantium adiunctarum post vocalem nullae erunt ultimae aliae quam T, S, X, adde etiam C. Atque eae quidem quas recensui

15 quattuor litterae ante se positae non aliis penultimis subiungentur consonantibus fere quam his: B, L, N, R, P, S, sed habent in quo istarum adiunctio varietur istic; nam post litteram quidem B postque

20 litteram P sola illarum quattuor unica subadiungetur S, post litteram vero L subadiungentur non aliae quam T aut X. Demum post litteram N libere sequentur subadiunctae quaevis illarum quas dixi

25 quattuor: T, S, X, C.

De adiunctione duarum consonantium hactenus, (*Ba 206*) ni fortassis considerasse oporteat, quoniam istarum omnium ex usu scribendo frequentius

30 veniat. Sed hoc ex iis quae superius diximus, satis apparet.

Trium consonantium ad vocalem apud Latinos praeadiunctiones sunt SCR, STR, SPL; addo etiam SCL ut “sclavus”, sed

35 Tusca lingua praeter has quibus utatur, adiecit hasce SBR, SDR, SFR, SGR, SPR, quibus adiunctionibus Tusci etiam interdum utuntur abiecta R. In omnibus igitur (uti vides) atque in harum similibus

40 ipsarum semper trium prima erit S, atque etiam sed raro post vocalem, idque non nisi in fine dictionis, consonantes adiunguntur tres uti “stirps”, “urbs”.

2 LX atque RX: ls atque rx Fe Pa Va x; ls atque rx *deleto* rs Ar; LX & RX Ba

3 Tusca: Tusca *corr. deleto* Tusca Mr; Tusca (h *supra lineam*) Fe; Tusca Ch R² Co Pa; Tusca *deleta* h Lt; Tusca Mg R¹

6 consonantium: consonantium. Consonantium x; consonantium Pa · in omni parte: parte in omni y z; omni in parte Va

8 “adest”: Adest et R¹

12 adiunctarum: adiunctarum R¹

14 Atque: atqui Mr z · eae: ea R¹

17 B, L, N, R, P, S: b.l.n.p.r.s. Pa

18 istic: histihic Ch

19 litteram quidem B postque: litteram q quidem b post Ch; litteram q et b postque La; litteram quidem B postquam R¹

20 illarum: istarum R¹

21 subadiungetur: subiungetur Ch

25 T, S, X, C: t.s.x.c. Ch; t.b.x.c. *littera s adiecta in marg.* Ar; t.b.x.c. *codd.* Ba

28 considerasse: considerare Ch · oporteat: oporteat Ch Mr

30 iis: his Vp y² Va

31 apparet: apparet Pa

35 Tusca: Tusca Fe Pa Ch Mg Mr R² Co; Tusca La · quibus: cuius R¹

40 atque etiam: aut etiam r Ch

43 “stirps”: scrips Co

1 consonantium: consonantibus x y;
consonantibus *in marg. apposuit* Ar ·
ante vocalem: ante vocalem et
post vocalem adiunctione. *om.* Pa

VIII

- 5 Venio ad consonantium: *om.* Pa
6 ad alteram consecutionem: *tit.* DE
CONSECUTIONE z
7 consecutio fiet: fiet *om.* x z Va
9 consonantes: consonantis R¹
11 serviat atque adiungatur: atque
adiungatur *om.* La
12 pertineat: pertineas R¹
13 promptum quidem: quidem *om.* z
15 ubi: ubi *om.* Fe Pa; ubi *in marg.* Ar ·
quales BB: quales *om.* y z ·
BB, CC, DD, FF et eiusmodi:
bb.cc.dd.ff.gg.ll.mm.nn.pp.rr.ss.tt.
et eiusmodi Ch;
BB CC DD EE e simili Ba;
bb.cc.dd.ff.gg. Mr La Lt
17 omnes conveniunt: conveniunt *om.* z ·
atque etiam: atque *om.* Mr Co;
atque *adiicit in marg.* Ar
18 hae: eae Ch Lt Mr; he R¹
24 consonantem B: consonantem *om.* Ch ·
caeterae: caeterae *ubicumque*
emendavit a. m. oblitterata littera a Lt
25 aderunt: asserunt La Mr Co x z Va;
afferunt Mg R² ·
praeter Q atque X atque Z:
praeterquam q.x atque z. Ch;
praeterquam q atque x atque z Lt
26 Tum etiam: Tum et Vp z Va
27 sequentur: sequuntur Mg
28 I, Q, R: la ,S, il ,Q, & la R Ba
31 rara I: I *om.* Co
32 consonans. At vero post litteram D
sequetur consonans I: consonans.
At vero post litteram d sequetur
consonans i *in marg. adiecit* Mg
34 sequetur S, V etiam: sequetur s .n.
etiam Fe Pa; u *deleta* n Ar
35 ut plurimum ipsam: ipsum ut
plurimum x; ut plurimum ipsum z
37 convertant: convertat Ch
38 adgeminentur: adgeminetur x z Va;
aggeminentur Ch Co ·
istae: isthe R¹; istaec z Va;
isthaec Vp
39 non invitae assequuntur, ...
assequuntur: non invitae
assequuntur ... consequentur Va x;
non invitae sequentur ...
assequuntur Lt;
andranno volentieri innanzi ...
doppo Ba

Hactenus de consonantium ante vocalem
et post vocalem adiunctione.

VIII

Venio ad consonantium ipsarum inter se 5
alterius ad alteram consecutionem. Atqui
etiam quidem consecutio fiet (ut diximus)
cum duas inter vocales ita erunt in eadem
dictione positae consonantes duae, ut
earum una praecedenti vocali, altera 10
subsequenti serviat atque adiungatur.
Quod igitur ad consonantes pertineat,
promptum quidem est, similem quamque
consonantem sui similem sequi, uti sunt,
ubi adgeminantur, quales BB, CC, DD, FF 15
et eiusmodi, in qua adgeminatione fere
omnes conveniunt praeter X atque etiam
Q. Nam hae quidem in dictionibus non
geminantur.
Sed de singularibus istiusmodi 20
consonantibus, quantum faciat ad rem,
taliam collegisse videor. Namque in eadem
dictione post litteram quidem
consonantem B passim caeterae omnes
disiunctim aderunt consonantes praeter Q 25
atque X atque Z. Tum etiam post litteram
L item omnes aequae sequentur
consonantes disiunctae exceptis I, Q, R et
post litteram R quaeque reliquae omnes,
etiam X quamvis ea quidem rarissima, 30
rara etiam sequetur F littera et rara I
consonans. At vero post litteram D
sequetur consonans I, sequetur L, M, N,
sequetur S, V etiam consonans atque R
atque T quamvis istarum quaeque ut 35
plurimum ipsam praecedentem in
dictione D convertant in se, ut exinde
adgeminentur. Sed alioquin istae ipsae
quas recensui litterae non invitae
assequuntur, caeterae aliae non facile 40
assequuntur.
Contra post consonantem V post etiam
consonantem I eadem in dictione nulla

sequetur disiuncta consonans, post vero
 litteram C consonans nulla nisi eadem
 ipsamet C atque item T littera, et post
 litteram F itidem nullae nisi eadem F aut
 5 forte in Graecis T. Post vero litteram P
 etiam nulla nisi T atque S et nulla itidem
 post ipsam T nisi Q, post litteram quidem
 G solae consequentur disiunctae M atque
 N et post litteram M sola B sola etiam P
 10 et fortassis etiam F.
 Tales igitur inter se consequentur
 disiunctae aut non consequentur eadem
 in dictione consonantes quales
 recitavimus.
 15 (*Ba 207*) Et quod etiam hic non
 praetermittendum occurrit annotavi D
 litteram inter vocales positam si illic eam
 alia sequatur consonans solere hanc D
 nullam reliquarum vocalium sequi aliam
 20 praeterquam solam A ut “admissus”,
 “adiuvo”. Hactenus de duabus
 consonantibus.
 Cum autem inter duas vocales aderunt
 consonantes tres, sic invenies prope
 25 ubique primam earum esse praecedenti
 vocali adiunctam et reliquas duas istarum
 esse adiunctas vocali sequenti ut impleo
 instruoque; siquis dixerit, eccum,
 “transportavi” istinc enim NS ad priorem
 30 vocalem A videri adiunctas esse, et
 “pistris”, nam isthic omnes illas tres
 consonantes ad ultimam I vocalem
 adiunctas esse, id ego fortassis non libere
 concedam; tamen istiusmodi rara sunt et
 35 omnia collegisse difficillimum. Nos vero
 quae frequentius adveniunt annotavimus.
 Sed hoc faciat ad rem: vix enim ulla
 dabitur dictio Latina in qua duas inter
 vocales adsint consonantes tres quin
 40 earum prima sit aut B aut D aut X aut M.
 Et de tribus consonantibus hactenus.
 De quattuor autem litteris consonantibus
 inter duas vocales positis fere idem ipsum

2 C consonans: c quam x z Va ·
 nisi eadem: eadem *om.* y
 3 item T littera, et post litteram F:
 item t et post f Ch Lt La Mr R²;
 item i et post f Mg ·
 littera, et post ... in Graecis T: *om.* Co
 7 ipsam T: ipsam e x; ipsum te Ch ·
 post litteram: post ... atque N *om.* x ·
 quidem G: quidem *om.* Mg;
 quidem q Ch
 8 solae consequentur: consequentur
 sole *corr.* ex consequenter sole La
 9 post litteram M: post litteram Lt ·
 sola B: sola B et P y;
 sola B et sola P x Va;
 sola B sola etiam P z
 17 illic: illhic Ch
 20 ut “admissus”: “admissus” *om.* R¹
 26 istarum: ipsarum y²
 27 vocali: vocalis Ch ·
 ut impleo instruoque; siquis: ut
 impleo *om.* *codd.*; ut siquis La;
 come quando si dice, Instruo, &
 Impleo Ba
 28 siquis dixerit, eccum,
 “transportavi”: haec cum Ch;
 eccum *deleto* equm La;
 Et se alcuno dicessi, ecco che io le
 trasporterò Ba;
conieci quod locus plane corruptus
videtur
 29 istinc enim NS: istinc n.n.s. Fe Va
 Lt Mg Mr R² Co x; istinc NS La;
 isti hinc n et s Ch;
 30 videri: videndum La
 31 nam isthic omnes illas tres: nam
 istic omnes illae tres *codd.*;
 non isthic omnes illae tres Ch;
 nam istae omnes tres La
 32 vocalem adiunctas esse: adiunctas
om. R¹
 34 tamen: tum x Va
 36 adveniunt: adveniant x Va
 39 quin: qum Fe Pa; quia x
 42 litteris consonantibus: litteris *om.* x

1 semper erit: erit semper Ch;
 ipsum semper *om.* Lt
 4 istic: isti hic Ch ·
 “transfretari”: [transfretari] *lac.* Ch
spatio interiecto, transfetari Va
 6 affirmandum censeo: adfirmandum
 censeo z; ad firmandum Va;
 affirmo y
 8 semper istarum: istarum *om.* y
 9 hoc est: hoc etiam x
 11 Tum etiam: Cum etiam La;
 Tum et Vp Va
 13 primam semper: semper *om.* x Co
 14 non aliam quam: quam *om.* R¹
 15 frequenter: frequentius Va Ch ·
 R: R, B, D, N, L, R *habent* Ba R¹;
 B, D, N, L *habet* Ch *negleta* R *in*
fine

IX

19 quaenam ex vocalibus frequentior
 scribendo: que nan scribendo
 frequentior ex vocalibus R¹
 20 inveniatur: inveniatur Ch
 21 vocalis altera: vocali alterae Ch
 25 adiunctione et consecutione:
 adiunctiones et consecutiones Ch
 27 aptis: apertis Vp ·
 ingeniis: ingenii R¹
 30 collectis: collecti x
 32 dabitur: dabatur *corr. a. m. ex*
 trahatur La
 33 otiosas: ociosas Mg R² x z Va
 36 illic plus viginti: illic *om.* y²
 38 Hae: Hae autem Ch
 39 his adde: adde his Lt
 41 superaggeminatae: subaggeminatae Ch;
 supergeminatae La

semper erit. Nam vocali priori istarum
 non plus una adiungetur, reliquae vero
 tres vocali adiungentur postremae, nisi
 forte istic: “transfretari” duae sint priores
 consonantes vocali priori adiunctae. Sic
 affirmandum censeo: ubivis inter duas
 vocales erunt consonantes quattuor,
 semper istarum tres ultimae ex numero
 erunt illarum quas supra recensuimus, hoc
 est ex iis quae ternatim ante vocalem
 adiunguntur. Tum etiam annotasse videor
 istarum quattuor consonantium quae duas
 inter vocales ponantur primam semper
 solere esse non aliam quam B aut D aut
 N, ultimam vero L atque frequenter R. 5
 10
 15

IX

Diximus de numeris ordinibusque
 litterarum quaenam ex vocalibus
 frequentior scribendo inveniatur quamve
 vocalem vocalis altera subsequi soleat et
 de consonantibus itidem quaenam earum
 numerosior habeatur et circa scribendi
 ordinem quales sese habeant consonantes
 adiunctione et consecutione. Ex iis quae
 recensuimus facile (ni fallor) intelliges
 aditum patere et viam aptis ingeniis quo
 bellissime signis cyfrarum mandata
 comprehendant atque explicent. Nam
 collectis ex epistola conscripta cyfris,
 collectis inquam figurarum varietatibus
 pro earum numero dabitur coniectura tot
 esse istic otiosas et (uti aiunt) nihil
 importantes aut etiam duplicatas, hoc est
 quae eandem significant litteram, quot
 erunt illae quidem illic plus viginti; litteris
 enim non plus una de viginti scribendo
 utimur. Hae sunt: A, B, C, D, E, F, G, I,
 L, M, N, O, P, Q, R, S, T, V, X; his adde
 si placet Z, itaque viginti. Caeterae omnes
 erunt superfluae aut superaggeminatae.
 (*Ba 208*) Ex omnibus constabit has esse
 vocales quas frequentius offenderis et
 20
 25
 30
 35
 40

quae non longius inter sese distabunt et
 consonantes etiam ex earum frequentia et
 raritate quales sint ex annotationibus quas
 recensuimus indicia patebunt. Tum earum
 5 inter se adiunctionibus et consecutionibus
 pensitatis praestabitur, ut minus atque
 minus te illorum qui ita scripserint,
 commenta lateant. Sed exercitatio
 indagandi et animi intentio in primis ad
 10 hanc rem praestat. Verum quod superius
 non diximus et fortasse hic meminisse
 admodum iuvat sic videor annotasse
 vocalem saepe in eadem dictione alteram
 sequi vocalem nulla interposita
 15 consonante. Tum et duas inter vocales ut
